



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

104. Sabb. Septem Spasmi B. Virg. ex sept. commutationibus Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

MEDITATIO CIV.

Sabbato Dom. 4. Quadrag.

Septem Spasmi B. V. ex septem commutationibus Christi.

Aspiciam D. Virginem vehementius alaceratam, ex profundiore commutatione septem Christi consideratione, quas revelavit S. Brigit. l. 4. c. 119. & in extravaganti c. 83. Petam eas intelligere, ipsique compati.

1. Commutatio fuit, quod pro potentia, cum esset potens, ut ignis consumens, factus sit vermis.

2. Pro sapientia, quæ erat ut mare inexhaustum, reputatus est insipientissimus.

3. Pro fortitudine, quæ fuit ut mons immobilis, factus est quasi puer fasciis ligatus.

4. Pro virtute, quæ fuit ut herba apiarum, factus est quasi nudus, & ligatus.

5. Pro pulchritudine, quæ fuit Sole fulgidior, factus est deformis, & quasi leprosus.

6. Pro iustitia, quæ ipsas iustitias iudicabit, reputatus est mendax.

7. Pro Pietate ineffabili, impiè habitus & mactatus est.

Conferam meas commutationes cum his: an non magis doleam de mea æstimatione pietatis, &c. quam Christi ablata: sic discurrem per reliquas.

ME-